



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 83. Quomodo practicè sit agendum, quando dicitur, quòd cognatio intercedat inter sponso.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

*Linea transversa inæqualis ratione fratris & sororis.*

Cum Cajo fratris sui pronepote in 4.  
 cum fratris nepote in 3. cum hujus liberis in 4.  
 cum fratris liberis in 2. cum horum liberis in 3. cum nepotibus in 4.  
 cum sororis liberis in 2. cum horum liberis in 3. cum nepotibus in 4.  
 cum sororis nepote in 3. cum hujus liberis in 4.  
 cum sororis pronepote in 4.

Q. 83. *Quomodo practicè sit agendum, quando dicitur, quòd cognatio intercedat inter sponfos. R. Quamvis Parochus vel Confessarius non debeat se veluti Judicem statuere in causis matrimonialibus, tamen potest veluti amicus & consultor interrogare, cur putetur adesse impedimentum, vel unde sit dubium: ut autem veritatem comperiat, practicè sic procedat: scribat in parte inferiore chartæ nomen sponsi ad sinistrum latus, ad dextrum, nomen sponsæ, supra sponsum describat ordine semper ascendendo à proximioribus nomina illorum sponsi cognatorum, qui ex hac parte dicuntur dedisse causam cognationis; similiter scribat in altero latere nomina eorum, qui ex parte sponsæ dicuntur dedisse causam cognationis, nec cesset à descriptione, donec perveniat ad communem stipitem, è quo sponsus & sponsa sint mediataè generati: si non reperitur talis stipes, tum certum est nullam adesse cognationem, sed fortè erit affinitas, de quâ postea, si verò perveniatur ad communem stipitem, consideret, in qua linea sint sponsi, an in recta vel transversa, æquali vel inæquali, &*

Tom. VIII.

Cc

appli

mor.  
 audii  
 Croix  
 VIII

applicet regulas, uti supra. Quòd si inveniatur esse intra quatuor gradus, erit impedimentum, si ultra quatuor gradus, dicat nullum esse impedimentum, ita *Gob. tr. 9. n. 165.*

608. Q. 84. Quid præterea sit notandum circa impedimentum consanguinitatis. *R. §. 1.* Non omnes consanguinitatis gradus dirimere Jure naturæ, certum videtur ex dicendis n. 828. Ecclesia enim in aliquibus dispensat. Attamen docent *Scot. s. Anton. Palud. Dur. Abb. Bellarm. Vasq. Cón. Hurt. Merat. & alii*, omnes gradus in linea recta usque in infinitum dirimere Jure naturæ, ideòque si Adam viveret, non posse jam cum ulla fœmina à se descendente inire Matrimonium, & ita expressè assertitur *L. Nuptiæ, ff. De ritu nupt.* Rationem dant, quia semper dicuntur parentes & filii, genitores & geniti, principia & principiat, ita ut superiores respiciant inferiores tanquam aliquid sui, ergo natura semper exigit specialem reverentiam ad invicem, ergo prohibet inter eos copulam conjugalem, quæ videtur supponere copulandos esse naturâ pares & extraneos invicem. Contradicunt *S. Tb. Caj. Viñt. Ledesm. Sanch. Pont. Covarr. Sot. Valent. Fagund. Perez, Bonac.* aliique cum *Avers. q. 16. f. 1. & Krim. à n. 1190. & à n. 1199.* dicuntque solum primum gradum esse de Jure naturæ, nam imprimis quò major est distantia, eò minor debetur reverentia, natura enim dicitur majorem deberi reverentiam patri quàm tritavo, & consequenter copulam patris cum filia debere magis esse contra naturam, quàm patris cum abnepte; & rationem à priori dat *Pignat. t. 7. c. 22. n. 45.* quia peculiaris affectio erga consanguineos nascitur ex virtute superiorum traducta ad inferiores cum similitu-